Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Erat autem hora tercia: et crucifixerunt eum.

in golgatha locum: quod
est interpretatum caluarie locus.
Et dabant ei bibere mirra
tum uinum; et non accepit.
Et crucifigentes eum diui
serunt uestimenta eius, sortem
mittentes super eas quis quid
tolleret. Erat autem titulus
cause eius inscriptus, rex
iudeorum. Et cum eo crucifi
gunt duos latrones; unum
a dextris et unum a sinistris;
et impleta est scriptura
que dicit. Et cum iniquis
reputatus est. Et pretereuntes
blasfemabant eum; mouen
tes capita sua et dicentes.
Vah qui destruis templum
dei; et in tribus diebus ree
dificas. Saluum fac temet
ipsum descendens de cruce. Similiter
et summi sacerdotes illuden
tes ad alterutrum cum scribis
dicebant. Alios saluos
fecit; seipsum non potest saluum
facere. Christus rex israel descen
dat nunc de cruce; ut uideamus
et credamus. Et qui cum eo
crucifixi erant, conuiciabantur
ei. Et facta hora sexta tene
bre facte sunt per totam terram
usque in horam nonam; et hora
nona exclamauit ihesus
uoce magna dicens. Heloy
heloy lema sabathani?
Quod est interpretatum. Deus
meus; deus meus; ut quid dereli
quisti me? Et quidam de circum
stantibus audientes dicebant.
Ecce helyam uocat iste.
Currens autem unus et implens
spungiam aceto circumponensque
calamo, potum dabat ei dicens.
Sinite; uideamus si ueniat
helyas ad deponendum eum.
Ihesus autem emissa uoce magna
expirauit. ✠ Et uelum
templi scissum est in duo, a
summo usque deorsum. Videns
autem centurio qui ex aduerso
stabat quia sic clamans ex
pirasset, ait. Vere; hic homo filius
dei erat. Erant autem et
mulieres de longe aspicientes;
inter quas erat maria mag
dalena, et maria iacobi
minoris et ioseph mater,
et salome. Et cum esset in